



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Iuuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphalorvm, 1615

Exemplum probi adolescentis 31. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

aureo eloquentiæ fructu, virtutumque fama compleuit.

EXEMPLVM CVIVSDAM ADOLESCEN-
tis à carnis illecebris liberati habetur apud Su-
rium in vita S. S. Cyri & Ioannis Mar-
tyrum 31. Ianuarij.

S Apollinaris Episcopus Alexandrinus quendam sororis suæ filium honestissimè educauerat, optans eundem non solum genere, sed multo magis vita ac virtute habere coniunctum. Qui cum ad virilem ætatem peruenisset, nõ vt alij iuuenes laxatis habenis naturæ appetitionibus sese permisit: neq; clamoribusq; egrediendo voluit inhonestas suffurari voluptates, sed potius omne periculum prudenter reformidans, ad patrum suum & pontificem liberè & ingenuè accedens, petijt legitimæ vxoris coniugium. Vir autem ille sanctus, cum ne auditione quidem, quod dicebat accipere sustinuisset, turbas matrimonij multis edisserens, eum à sententia sua abducere moliebatur. Posteaquam vero vidit eum valde instare, & de proposito ne tantillum quidem remittere, valdè pulchre hoc excogitat, dicens se cupere excitare templum tribus sanctis pueris; cuius quidem ædificationis oportet te, inquit, primum curam gerere & quod tibi in optatis est, id demum tibi succedet ex sententia. Audiijt ille lubèter admodum quod iussus fuerat suscipiens calorem cupiditatis

D 4 bona

bona spe temperabat. Interea adolescens toto studio ad ædificationem incumbens, vtilissima occupatione distinebatur. Atq; hoc tandem opere probè perfunctum in Babylonem ad tres Sanctos pueros cum literis ab Episcopo destinatur, quorum ille tandem reliquias iterata profectioe consecutus, Antiochiam deportauit. Cumq; Episcopus conuocato clero in prædicto templo sacra illa pignora sanctè & honorificè deposuisset, adducto sororis filio, & sacerdote ordinato, loco alterius coniugis illi despondet Ecclesiam, dicens: En tibi vxor. Sed eius vt par est curam gere. Hoc dictum sic affecit adolescentem, omnemque dimouit cupiditatem, vt maiore virginitatis fuerit deinceps captus amore, quam antea matrimonij.

FEBRVARIVS.

*MARTYRIVM DVORVM PVERO-**rum in vita S. Blasij Episcopi &**mart. 3. Febr.*

DVo pueruli matrem suam inter alios martyres ad supplicia abreptam atque intrepidam coram Agricola præside cõspicati, sic eandem alloquebantur. Veneranda mater nostra ne sinas nos in hac terra interire: sed quomodo nos impleuisti sincero & suauissimo tuo lacte, sic etiam regno cælorum adimple. Nec potuere generosos puerorum
ani-